

## De beata virgine

(tu) scz es (benedicta) id est benedictioe repleta (in mulieribz) id est inter mulieres (que) scz **Varia** (peperisti) id est genuisti (pacem) id est christu qui est pax vera (hominibz) scz in mūdo existētibz (et angelis gloriā) id est honorem (et fructus) id est filius (tui ventris) id est vteri (benedictus) scz sit (qui) scz filius (fecit per gratiā) scz suam diuinam (vt nos essemus coheredes sui) id est capaces et participes regni celestis

**¶** Notandum scribitur Sapient. iij. **Q**uod pulchra est casta generatio cum charitate. In his autem verbis commendatur beata virgo dupliciter. Primo in pulchritudine. cum dicitur. **Q**uod pulchra. Secundo in castitate. cum dicitur. casta. **¶** De primo dicitur Lant. vij. Quas pulchra es et quod de cora charissima. Et cantico. iij. Tota pulchra es amica mea. Unde pulchritudo beate virginis legitur fuisse in tribz. scz in vera dilectione. in humilitate. in iusta cognitione. Unde in libro sapientie dicitur. Ego mater pulchre dilectionis amoris agnitionis magnitudinis et sancte spei. **¶** Circa secundum nota **¶** Iudorus definit castitatez sic. Castitas est pulchritudo in uiolata. que in quadruplicibz commendatur. scz in conubio diuine desponsationis. in priuilegio angelice confortationis. in exemplo humane edificationis. in triumpho dyabolice eiectionis. **¶** De primo dicitur. secunda **¶** Th. xi. Respondi enim vos uni viro virginem castam exhibere christo. **¶** De secundo dicit **¶** Iohannes Chrysostomus. Castitas est res angelica per quam homines angelis assimilantur. Et quia casti homines specialiter angelis sunt conformes. ideo angeli eis specialiter sunt familiares et obsequiosi. **¶** De exercio dicitur prima ad **¶** Thimo. iij. exemplum esto fidelium in verbo. in conuersatione. in charitate. in fide. in castitate. Ecce non solum tibi per meritum sed et alijs per exemplū utilis es. si in verbis cautus. in conuersatione honestus. in charitate pius. in fide firmus. in castitate mundus es. **¶** Hec omnia in beata virgine sunt completa. **¶** De quarto dicitur in libro **¶** Judith. Confortatum est cor tuum. eo quod castitatem amaueris. Ecce beata virgo est illa casta Judith quam dominus propter castitatem ornauit. et confortauit contra **¶** Holofernem. id est dyabolum. de qua etiam dicit beatus Hieronymus. Castitatis eius remunerator virtutem ei tale tribuit vt inuictum omnibus hominibus vinceret **¶** Holofernem quem nullus vincere potest nisi castus fuerit

**¶** Secundo nota circa angelicam saluationem. Prima duo verba scilicet. **¶** Ave **¶** Maria. sunt declarata ibi. **¶** Ave preclara maris stella et. Tunc sequitur. gratia plena. quia nunquam deficit gratia eius. de quanto enim plus dat et auxiliatur. de tanto plus habet dare et auxiliari. quia sicut fons viuus semper emanat et nunquam deficit. sed semper fuit et irrigat totum mundum. **¶** Sequitur dominus tecum. heri fuit. semper fuit. et est in eternum cum ea. quia idem angelus **¶** Gabriel. qui nunciauit ei **¶** Iesum. prius annunciauit **¶** Ioaachim et **¶** Anne quod deberent generare virginem **¶** Mariam et postquam beata virgo **¶** Maria nata fuit. spiritu sanctus obumbravit et custodiuit eam ita quod nunquam potuit peccare nec verbis nec opere. **¶** Sequitur benedicta tu in mulieribus. tene ipsa fuit et est in eternum benedicta. quia concepit portauit et peperit christum a quo procedit salus angelis. hominibus. sanctis. et toti mundo **¶** Sequitur. fructus ventris